



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. VVilhelmus Abbas. 5. Julii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

(160) II (160)

# S. VVILHELMUS A B B A S.

5. Julii.

*Veruntamen existimo omnia detri-  
mentum, esse propter eminen-  
tem scientiam JESU Christi.*

Philipp. 3 c. v. 8,

**B**OJARIÆ hic WILHELMUS debetur, ex  
qua oriundus Monachum Ratisbonæ in-  
duit. Hic omnibus omnino artibus excul-  
tus, Matthesin tamen præ cæteris coluit,  
quod multa atque præclara Monumenta ip-  
sius loquuntur literis consignata. eloquen-  
tia tantæ erat, ut sanctiorem Orpheum di-  
ceres, qui taxa etiam traheret. Præfui Hir-  
saugiensis in miseros tam pius fuit, ut his  
vestiendis non semel pñne se ipsum nudârit.  
Sed nimirum fœnus à nullis majus, quam  
ab his ipsis, qui reddere nihil possunt, ava-  
rius speret. Hoc certè WILHELMUS tunc tu-  
lit, cum in suorum usus pondo argenti V.  
ab ignota terris, sed non etiam cœlo manu  
abstulit: quid jam horrea memorem, quæ,  
quod WILHELI liberalitas exhausisset, su-  
bitam miramque messem: quid cellam, quæ  
effuso

eret s:  
d vixit,  
faminas  
m illud  
r, me  
r: me  
mulier  
quenta  
multis  
nas de-  
cætera  
I justi-  
obser-  
a justi-  
ne judi-  
gorius

im. 2.  
barba-  
t. Hæc  
facere.  
l dubio  
gor.

WIL.

(450) 12 (451)

effuso per negligentiam vino, novam in do-  
lio vindemiam viderunt? quid piscatum fe-  
licissimum? cùm missum sèpius in aquas  
rete præter inanem laborem diu nihil post  
imperio Divi, Christique nomine immis-  
sum, ingentem piscium prædam retulit. Ta-  
ceo hæc aliaque à morte miracula: & revo-  
catam per WILHELMUM ad primas leges D.  
Benedicti, per omnem ferè Galliam & Ger-  
maniam, familiam, & ad Religiosæ vitæ  
amorem vilissimaque in hæc munia exitos  
Nobiliissimos Juvenes laudo, piscatum priori  
longè præferendum. Cæterum astra sua  
WILHELMUS propioribus oculis aspexit An-  
no Christiano MXCI. Ex Trithemio.

M E D I T A T I O.

*De scientia Jesu Christi ex triplici  
libro addiscenda.*

1. **S**Wilhelmus scientiis & libris clarus fuit, disca-  
mus Christianam scientiam ex libris. Lege Li-  
brum mundi, & disce auctorem tuum & erubescere vo-  
luti in eano, qui et in cælo. Bernard. Serm. 24. in can-  
tica, disce secundò finem tuum, Deo seipsum debet ho-  
mo eiique reddendus est ut beatus sit, à quo accepit ut sit:  
disce 3. medium ad finem. Ars artium est rectè vivere:  
disce 4. punctum ultimum S. Bern. lib. 2. de consid.  
Punctum est à quo pendet aeternitas.

2. Disce

2. Disce ex libro vitæ & mortis paucitatem salvandorum , & multitudinem reproborum : *cum timore & tremore operare salutem tuam, nescius enim an odio an amore dignus sis.* Ne tamen altum scrutare ; investigabiles enim sunt viæ ejus. Obsequere Augustino. Super Joanne hom. 27. *Nemo venit nisi trahatur : nondum traheris ? ora ut traharis.*

3. Disce ex libro conscientiæ tux, nosse te ipsum. Liber hic censuram subbit coram universo mundo. Quare in quotidianis examinibus, in ordinariis confessionibus, in usitatis recollectionibus non accuratiū relegis? corrigis? & emendas? nec punctum temporis, nec verbum, nec conceptus ullus non censebitur. *Ascende igitur in tribunal mentis tuae contra te, & te constitua ante te.* S. August.

## S. GOAR CONFESSOR.

6. Julii.

*Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis quod suum erat diligenter, sed ego elegi vos, propterea odit vos mundus.* Ioan. 15.

Jure meritissimo inter Apostolos suos GOAREM numerant Trevirenses, ut quibus ille superstitione implicitis, inter primos